



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 9. In aquas lapsa, feliciter reddita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

bebat charissimum, eiusque iactura vehementer dolere videbatur. Paulò post piscator quidam captum piscem Polycrati dono obtulit, quo exenterato, ille idem annulus in visceribus repertus est, quem Polycrates abiecerat, quasi non posset esse infortunatus. Sed nec illud ipsum quidem bonum omen fuit. Quare ibi tunc Amasis Polycrati amicitiam renunciaſſe dicitur, cum apertè deprehenderet, fortunam, ad grauiores casus, eum reſeruare. Nec defuit euentus. Ab Oroete enim Darij regis præfecto, in summo Mycalenſis montis iugo, cruci affixus est. Eò nempe vsq; Fortuna illum extulit, quæ à Comicis inſitijs orſa, in fine paratragædiaretur. *Fronti nulla fides.* Si venit, renidente vultu, cogita, cū furore abituram. Si, cū alijs ſæua eſt, tibi parcit; ſuſpectam habe clementiam: nam moræ vſuram exiget. Eſt ſæpe fauor Dei, mala euadere. Maius tamen diuini amoris indicium eſt tribulatio, quàm proſperitas. *Quoniam, per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnum Dei.* Vnde, *quem diligit Dominus, caſtigat.*

Añ. 14.

21.

Hebr. 12.

6.

§. IX.

In aquas lapsa, feliciter reddita.

Non tamen ita ſemper caſtigat, vt nullis lætis

lætis

Iætis eiusmodi euentis exhilaret. Qua de
caussa S. Benno clauem in aquas proiectam,
à pisce; S. Franciscus Xauerius Crucem in
mare prolapsam; à cancro recepit. Quæ ta-
lia; sine Numine, non fieri, ostendit illud,
quod Christus Petro dixit: *Vade ad mare, &*
mitte hamum: & eum piscem, qui primus af-
tenderit, tolle; & aperto ore eius, inuenies sta-
terem. Sciuit ergo Christus & staterem in
ore piscis; & piscem eum primum ascensu-
rum; & fecit, vt primus ascenderet; & for-
tasse staterem in ore piscis solo verbo for-
mauit. Illius ergo, non *Fortune*, fauore
hæc talia accidunt; ad iuuandos homines,
in tempore opportuno, aut consolandos; si
quidem ipsi fauorem non repudient, aut in
odium conuertant benefactoris; vel *Fortu-*
næ bonæ munus non sinant ab alijs euerti.

§. X.

Contus, seu stupendus Fortune baculus à S.

Columba pauperi alendo datus.

Omnem admirationem superat, quod S.
Adamannus Scotus, de S. Columba itidem
Scoto, qui circa annum Domini 565. flo-
ruit, simplici; sed veraci stilo commemo-
rat. Ad S. Columbam Presbyterum, in Sco-
tia versantem, aliquando venit plebeius ho-

S. Ad-
man
Scot. l. 2.
de vita S
Colum-
bæ. c. 24
Et Hen-
ric. Ca,